PSALTERIUM

Admont, Ende 12. Jh. Seite 61r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25943
Copyright: Admont, Benediktinerstift

eos in puteum interitus.
Viri sanguinum et dolosi non dimidiabunt dies suos; ego autem sperabo in te domine.
In finem pro populo qui a sanctis longe factus est David in tituli inscriptione. cum tenuerunt eum allophili in Geth.
Miserere mei deus quoniam conculcavit me homo; tota die inpugnans tribulavit me.
Conculcaverunt me inimici mei tota die; quoniam multi bellantes adversum me.
Ab altitudine diei timebo; ego vero in te sperabo.
In deo laudabo sermones meos; in deo speravi; non timebo quid faciat mihi caro.
Tota die verba mea execrabantur adversum me omnes cogitationes eorum in malum.
Inhabitabunt et abscondent; ipsi calcaneum meum observabunt.
Sicut sustinuerunt animam meam; pro nihilo salvos facies illos;
in ira populos confringes.

eos in puteum interitus.
Viri sanguinum et dolosi non dimidiabunt dies suos; ego autem in te sperabo domine.
In finem pro populo qui a sanctis longe factus est David in tituli inscriptione. cum tenuerunt eum allophili in Geth. Quod torcular interpretatur.
Miserere mihi domine quoniam conculcavit me homo; tota die bellans tribulavit me.
Conculcaverunt me inimici mei tota die; ab altitudine diei.
Quoniam multi qui debellant me timebunt me; ego vero in te sperabo domine.
In deo laudabo sermones meos tota die; in deo speravi; non timebo quid faciat mihi homo.
Tota die verba mea execrabantur adversum me omnia consilia eorum in malum.
Inhabitabunt et abscondent; ipsi calcaneum meum observabunt.
Sicut expectavit anima mea; pro nihilo salvos facies eos.
in ira populos confringes.

eos in puteum interitus.
Viri sanguinum et dolosi non dimidiabunt dies suos; ego autem fiduciam habeo in te.
Victori pro columba muta. Eo quod procul abierit David humilis et simplex quando tenuerunt eum palestini in Geth.
Miserere mei deus quoniam conculcavit me homo tota die pugnans tribulavit me.
Conculcaverunt me insidiatores mei tota die; multi enim qui pugnant contra me altissime. Quacumque die timuero ego in te confidam.
In deo laudabo verbum; in deo speravi; non timebo quid faciat caro mihi.
Tota die sermonibus me affligebant; contra me omnes cogitationes eorum in malum.
Congregabuntur absconditi; plantas meas observabunt expectantes animam meam; quia nullus est salvus in eis.
In furore populos detrahet deus.

is freas diafthoras.
Andres ematon ke dolioti ou me emisiosin tas imeras auton ego de elpiso epi se kyrie.
In finem pro populo qui a sanctis longe factus est David in tituli inscriptione. Cum tenuerunt eum allophili in Geth.
Eleyson me otheos oti catepatesen me anthropos olin tin imeran polemon ethlipsen me.
Catepatisan me hi echtri mu. olin tin imeran. oti polli i polemuntes me.
Apo ipsus imeras usobithisome. ego de elpio epi se kyrie.
En to theo epenethiso tus logus mu. epi to theo ilpisa u fobithisome ti pisi mi sarx.
Olin tin imeran tus logus mu ebdelisonto. cata me pantes i dialogismi auton is cacon.
Paricesusin ke catacripsusin auti tin pternan mu filaxusin.
Catha pipemnan tin psichin mu. yper tu muthenos sosis autus.
en orgi laus cataxis.